typ. Capotii

[Leipzig, Martinus Landsberg s.a.]

(H 29: 77 mm)

Hain Repert. bibliogr.
N. 1510.

Tractatus Beati thome de natura uniuersalis De principio indiuiduacionis Et de iudiciis astrorum.

Tractatus Beati thome De natu-
ra vniuersalis Incipit.

Uia vt scribitur primo posteriorum Sciencia eternorum
est. et eorum que vera sunt / et que impossibile est se aliter
habere hec autem sunt vniuersalia Ideo vtile estimo ali
quid narrare de vniuersali secundū ꝙ vniuersale est con
municata natura eius / secundum ꝙ est facilius et alia omnia vniuer-
salia secundum ꝙ talia cognoscantur Dico ergo ꝙ vniuersale secun-
dum ꝙ vniuersale duo comprehendit Primo rem que designata est
in pluribus esse Secundo vero intencionem suam Appello vero in-
tencionem secundam id quod intellectus secundo intelligit de re / propter
qđ intelligendum est ꝙ cum res sint materiales vel particulares extra
animam et vnūqđq; est intelligibile secundum ꝙ est a materia separa
bile Manifestum est secundum ꝙ res est in materia particulari intel-
ligi non potest / nisi per intellectum abstrahatur ab omnibus condicio
nibus indiuiduantibus que sunt hic et nunc et sic de alijs / lapis enim
non potest intelligi nisi per intellectum abstrahatur ab hic et nunc et
sic de alijs huiusmodi condicionib⁹ indiuiduantibus Sed quia intel-
lectus id quod intelligit accipit a sensu oportet ꝙ lapis prius cognos-
catur a virtute ymaginatiua siue fantasia que abstractior est reliquis
virtutibus Hoc autem esse non potest nisi mediante aliquo fantasma
te Ideo oportet ad hoc ꝙ intellect⁹ intelligat naturam lapidis ꝙ ab
strahat suam speciem intelligibilem a suo fantasmate ita ꝙ prima in
tencio que de lapide est in intellectu sit species lapidis que competit
lapidi secundum ꝙ lapis et ab ista prima intencione hec vox lapis im
posita est ad significandū naturam lapidis / que est extra animam et
hoc accidit ex hoc ꝙ species lapidis non est qđ intelligitur sed quo in
telligitur cum intellectus intelligat naturam lapidis / sicut species colo
ris in oculo est qua visus videt et nō quā visus videt / ideo species ista
est qua vox aliqđ significat et nō qđ significat hoc alibi erit manifestū
Tunc videndum est vlterius ꝙ cum intellectus intelligit naturam la-
pidis mediante sua specie intelligibili ꝙ sibi non repugnat esse in plu-
ribus secūdo intelligit eam vt est participabilis a pluribus et secundū
diuersum participacionis modum intellectus diuersimode intelligit
Nam in q̄ntum est participabilis a pluribus differentibus specie intel

ligit eam sub intellectu generis Cum soluz est participabilis a plurib⁹ differentibus numero intelligit eam sub intellectu speciei Hoc autem inferius planius apparebit Et sic patet q̄ alius est intellectus intelligere lapidem secundum q̄ lapis est Et alius est intellectus intelligere lapidem secundum q̄ participat et participabilis est Et iste intellect⁹ est secundus quia potencia et abilitas non sunt de essencia rei sicut potencia anime non est de essencia anime Unde abilitas essendi in pluribus non est de essencia hominis quia tūc homo qui est in socrate esset abilis ad participacionem plurium quod est impossibile et quia vnuz q̄dq̄ potest abstrahi ab eo q̄d non est de essencia sua Ideo homo potest intelligi absq̄ hoc intellectu q̄ sit participabilis pluribus Homo enim secunduz q̄ homo nō est vniuersalis vel particularis / quia si homo secundum q̄ homo esset vniuersalis / iam non posset esse particularis Et si esset p̄ticularis non posset esse vniuersalis / ergo accidit sibi q̄ est vniuersalis vel particularis Sed debes scire q̄ homo non dicitur vniuersalis nisi secundum q̄ consideratur vniuersaliter Hec autez consideracio accidit essencie hominis non solum secundū q̄ est in materia Nam secundum q̄ est in materia est indiuiduatus et hoc modo indiuiduo non accidit esse vniuersale / quia tunc oppositum accideret opposito sed solum accidit homini sc̄dm esse q̄d habet ab intellectu Uniuersale ergo est vnū et plura. plura inq̄ntum est in pluribus / alioquin non posset predicari de pluribus vt homo in re est plura quia de pluribus predicatur Est autem vnum in cognicione quia licet plura secundū q̄ plura non constituāt vnum intellectuz tamen plura secundū q̄ similia / ideo intellectus inq̄ntum apprehendit hominem et asinum vt cōueniunt in vna operacione scz sentire vnico intellectu apprehendūtur q̄muis in re sint multa / talis tn̄ vnitas non opponitur multitudini Et quia res per id quod est ens est vnū / et ecōuerso oportet q̄ vniuersale sit vnuz p̄ predictam vnitatem ita q̄ talis vna cognicio faciat vniuersale esse in actu cum sit quoddaz formale in vniuersali Ex quo p̄z q̄ intellectus facit vniuersalitatem in rebus sicut dicit cōmentator q̄ illa vniūsalitas est ab intellectu Sed q̄ talis vniuersalitas a re sumit principium ideo dicit arestotelis Animal vniuersale aut nihil est \ aut posterius est q̄m̄ talis vniuersalitas in re nihil est Et per hoc soluitur ista questio Utrum vniuersale sit substancia vel accidens Q.m̄ loquēdo de vniuersali secundum q̄ vniuersale est soluz in anima tunc est accidens Sed loquendo de re subiecta dicitur / q̄ quandoq̄ est substancia quandoq̄ accidens secundum diuersitatem vniuersaliū Similiter

patet quomodo debeat intelligi illud dictū Uniuersale est qđ potest
predicari de pluribus Nam scđa intencio quā vniuersale includit for-
maliter est in anima solū Illud aūt qđ est in anima nō predicat̄ de re
extra animā cū oporteat predicatū in esse subiecto / sed vniuersale pre
dicari potest scđm naturā realem quā includit materialiter ita ꝙ quā
do dicit̄ / vniuersale est qđ predicat̄ de pluribus sensus est / res sub-
iecta vniuersalitati predicat̄ de pluribus vt homo vel asinus Quod
patet sic quia si homo predicat̄ de pluribꝰ vt dicēdo socrates est ho-
mo / plato est homo scđm ꝙ vniuersale / tūc socrates esset vniuersa
le Relinquit̄ ergo ꝙ solū illa natura subiecta vniuersalitati predicat̄
de pluribꝰ Nam sicut dictū est licet homo in re nō sit extra ꝑticulares
homines tamen hoc accidit / scđm ꝙ homo cōsiderari potest absqꝫ
hoc ꝙ sit ꝑticularis Et sic homo est inpluribus et predicat̄ de pluri-
bus / nō tamē vnꝰ homo in numero sed vnꝰ homo in specie Nam ho
mo cum predicat̄ de socrate idem est ꝙ socrates et cuꝫ predicatur de
platone silr̄ / cū predicatū sit in subiecto / et impossibile sit vnā rem
numero esse in pluribus numero differentibꝰ licet homo non predice
tur de socrate scđm ꝙ est ꝑticularis Cuiꝰ racio est q2 terminꝰ idē pre
dicat qđ significat ergo qualiter significat taliter predicat̄ / sed ille ter
minus homo significat naturā humanā absqꝫ omni ꝑticulari racione
ergo sic predicabit eam Non tamē predicat eā vniuersaliter sicut sepiꝰ
dictū est supra ꝙ intellectꝰ hominis scđm ꝙ homo alius est a sua vni
uersalitate Sed vnū est aduertendū ꝙ cū dicit res subiecta intencioni
secūde predicat̄ nō est intelligendū ꝙ illa sic sit subiecta illi intencio-
ni ꝙ sit in ea tamqꝫ accidens in subiecto Sic scibile non dicit̄ hoc mō
subiectū vt sciēcia sit in eo tamqꝫ in subiecto sed est in eo tamqꝫ in ob-
iecto Sciēcia em̄ nō est in scibili sed in sciēte Unde scibile ꝓprie loquē
do non dicit̄ subiectū sed obiectū sciencie et similiter res subiecta secū
de intencioni non dicit̄ ꝓprie subiecta sed obiecta Ex hoc pꝫ quomō
vniuersale est vnū quia nō est vnū in substancia cū aggreget in se acci
dens scꝫ scđam intencionē et rem extra animā que quādoqꝫ est acci-
dens vt albedo / quādoqꝫ substancia vt homo et sic est vnū per acci-
dens siue accidentaliter cū accidens sit in subiecto Est ergo vniuersale
vnum vnitate cognicionis ita ꝙ de racione vniuersalis non requirit̄
nisi illa vnitas racionalis Et ꝓpter hoc dicit aristotelis ꝙ est vnū in
multis scꝫ cognitū et qualiter vnū cognitū sit in multis dictū est vnde
non potest dici ꝙ vniuersale sit vnū relacione cū secūde intenciones
non referant̄ ad res / sed pocius ad se inuicem vt species dicit̄ species

respectū generis et non respectu nature sibi obiecte Hoc autem inferiꝰ
melius patebit Ex quo patet ꝙ impossibile est vnā et eādem scienciā
determinare de vniuersali ꝑ se q̄tuꝫ ad illas duas naturas q̄s includit
sed pocius de vna ꝑ se et de alia ꝑ accidēs Igit̄ loyca cū cōsiderat vni
uersale nō cōsiderat ipsum quantū ad subiectā naturā ꝑ se Non enim
cōsiderat hominē in eo qꝫ homo sed in eo qꝫ species et sic de alijs vni-
uersalibus Et ideo loyca principaliter est de secundis intencionibus
Sed quia secūde intenciones accipiunt̄ principaliter a ꝓprietatibꝰ re
rum mediantibꝰ primis sicut visum est/ ideo dicit auicēna primo meta
phisice sue qꝫ loyca est de secūdis intencionibꝰ adiūctis primis / et sic
patet qꝫ loyca non cōsiderat rem subiectā ꝑ se Alie autē sciencie consi
derāt vniuersale quantū ad rem subiectā Nam ph̄us naturalis nō con
siderat corpus mobile inq̄tum genus sed inq̄tum mobile Et musi
cus non cōsiderat sonū vt accidens sed inq̄tum sonat Ex quo patet qꝫ
huiusmodi sciencie nō cōsiderāt vniuersale sub racione vniuersalis cū
non cōsiderant id qđ facit vniuersale formaliter Sed dicunt̄ cōsidera
re vniuersale ideo quia cōsiderant res nō vt sunt particulares siue sin-
gulares Sed scire oportebit qꝫ sicut vna intencio est genus et species
diuersis tamē racionibꝰ ita vna intencio est singularis et vniuersalis re
spectu diuersorum Nam ex hoc aliqua intencio est vniuersalis inquā
tum relacionem habet in intellectu ad multa vt intencio hominis que
est apud animam quia comparatur ad multa ideo est vniuersalis Et
licet homo sit in re tamen huiusmodi intencio est in anima /et oportet
ꝙ sit singularis ꝙ ideo est quia vnumqđqꝫ recipitur in alio secunduꝫ
modum recipientis et non per modum rei recepte Cum ergo anima
sit simplex vt alibi declarabitur oportet ꝙ quicq̄d in anima recipitur
singulariter recipiatur ideo in respectu eius singularis erit tamen per
hoc non sequitur ꝙ huiusmodi intentio non sit vniuersalis et intelli-
gibilis Naꝫ singularitas ex hoc ꝙ est singularitas nō impedit actionē
intellectus alias intelligencie cum sint singulares non possent intelli-
gi quod est falsum Nec volo ꝙ singularitas ex hoc qꝫ est singl'aritas
sit intelligibilis quia tunc socrates esset intelligibilis \ ergo accidit ei
inquantum huiusmodi ꝙ sit sic vel sic / ergo non opponitur actioni in
tellectus ipsa singularitas nisi cum sit per materiam / que de se non est
intelligibilis nisi in analogia ad formam Si tamen diuidat̄ a materia
erit intelligibilis Nunc auteꝫ intencio que est in anima inmaterialis est
et oportet vt sit in ea per modum eius vt supra dictum est Et licet ani
ma intelligat rem materialem inmaterialiter non tamen intelligit

eam esse inmaterialiter quia tunc falsum intelligeret hoc enim magis
apparet alibi Et per hoc patet qualiter debeat intelligi illud verbum
boecij Omne quod est ideo est quia vnum numero est quod planum
est in particularibus Sed in vniuersalibus aliqui negauerunt et ali
qui distinxerunt dicentes q vniuersale est vnum numero numerositate
essencie hoc autem est falsum Nam non sequitur ad vnitatem vniuer
salis vnitas essencie quia genus non dicit essenciam vnam sed plures
sicut patebit consequenter Sed ideo dicit vniuersale vnum numero
quia intencio illa que est in anima que facit vniuersale esse vniuersale
sicut dictum est respectu nature . est vnum numero Non enim p̄ter-
mittendū est manifestare Utrū oporteat quālibet rem subiectaz vni-
uersalitati esse extra animā vel non Ad qd̄ intelligendū sciendū est q
Auicēna quinto metaphisice dicit q tribus modis dicit vniuersale/ pri
mo modo dicit vniuersale scd̄m q predicat de multis in actu/ita q in
multis reperit vt homo Alio modo dicit vniuersale secundū q possibi
le est predicari de plurib9 /non tamē actu predicat de multis / nec est
in multis actu / nec aliquo modo extra animā vt dom9 pentāgularis
que solū est in mente artificis Tercio modo dicit vniuersale qd̄ nō est
in pluribus sed in vno indiuiduo tamē sibi nō repugnat esse in plurib9 /
vt sol luna Ad quorū intelligenciā est vlterius sciendū q quedā res ha
bent esse a natura et quedam ab arte vt artificialia / sed de rebus natu
turalibus cognicionem habere non possumus nisi preexistat quod est
quia nostra sciencia causata est ab ipsis et posterior est ipsis quia in
tellectus non intelligit eas nisi p similitudines earum Similitudo au
tem rei posterior est ipsa re / et ad hoc q sit effectus oportet q cau-
sa preexistat Ex quo sequitur q destructis rebus destruitur sciencia
Et non valet dicere q similitudines manserunt apud animam Nam
de similitudinibus illis non est sciencia sed de rebus quarum ille sunt
similitudines Et ad hoc dico q si sciencia sit de similitudinibus rerū
sequitur q destructis rebus destruitur sciencia Cuius racio est quia
sciencia est verorum Nunc autem similitudo dicitur vera quia vere
representat rem cuius est similitudo sicut est / similitudo autem reruz
existencium de quarum racione est esse extra animam representat eas
vt existentes alioquin non esset similitudo vera Tunc enim oportz q
si res extra animam destruantur si eedem similitudines remanent que
prius representabāt res / sicut prius erant Falsa sit representacio quo
niam representat res existentes que non existunt

Et si tu dicis q̄ non remanent eedem similitudines sicut prius / vel
non eodem modo repñtant sicut prius tunc sequit̄ q̄ nō remanet ea-
dem sciencia que prius et sic sequit̄ q̄ destruat̄ sciencia destructis reb̄
scȝ sciencia illarū rerū Et hoc est qḋ dicit aristotelis in libro predica-
mentoꝝ Destructis primis substācijs impossibile est aliqḋ aliorū re
manere scȝ vniuersaliū vel scḋarum substāciarū Uniuersalia aūt sunt
subiecta scienciaꝝ et destructis subiectis scienciaꝝ destruunt̄ et ipe sci
encie Sed de rebus artificialib⁹ non est ita Nam destructis ipsis non
oportȝ sciencias ipsarū destrui Quod est ideo quia species rerū artifi
cialium que sunt apud animā artificis sunt principia rei artificialis ex-
tra animā ita q̄ sciencia artificis est causa reꝝ artificilialiū / sed destruc
to causato non oportet causaȝ destrui ideo poterat siue potest artifex
cognicionem habere rei artificialis absq̧ hoc q̄ res artificialis sit in
effectu / quia cognita causa cognoscit̄ effectus Poterat autē apud se
habere similitudinē domus habentis octo angulos quia potest repe-
riri in pluribus q̄muis in nullo reperiat̄ de qua artifex habeat scienciam
Ex quo patet solucio questionis ꝓposite q̄ non oportet res omnes que
sunt subiecte scḋis intencionib⁹ esse extra animā Nam licȝ in reb⁹ na
turalibus exigatur / tamē in artificialib⁹ non oportȝ et generaliter in
omnibus rebus que sūt ab intellectu Nam possūt secūde intenciones
esse subiecte alijs intencionib⁹ scḋis / vt sylogism⁹ est genus vel species
Species est accidens / accidens est genus Hoc est secundum q̄ diuersi
mode cōsiderant̄ Nam licet species sit species respectu generis / est ta
men accidens respectu anime Et similiter de alijs scḋis intencionibus
et tamē solum habēt esse in anima sicut ex p̄cedentib⁹ manifestū est
Et ex hoc patȝ qualiter incertitudinaliter loyca est sciencia / quia inter
omnes sciencias est incertior Nam certitudo sciencie dependet ex cer
titudine subiecti dicit̄ enim metaphisica certissima quia habet subiectū
certissimū vt ens in q̄ntum ens et prima principia que certissima et no
ta sunt \ sed inter omnia subiecta scienciarum subiectum loyce est de-
bilissimum et incertissimum Quia vnūqḋq̧ quantum habet de entita
te tantum de veritate et certitudine vt dicit aristotelis secundo meta-
phisice Nunc autem secunde intenciones solum habent esse in anima
et ab anima de quibus loyca formaliter considerat Ex quo sequitur
q̄ habent debilissimum esse Nam inter omnia genera encium / enciā
que sunt in anima participant minus de entitate vt patet in multis lo
cis per aristotelem et alibi declarabitur ergo participant minus de en-
titate et veritate Et quia eorum certitudo et veritas a principio plene

sciri non potest nisi per primam intencionem Nam nunq̄ fuisset cog-
nita hominis intencio que est species nisi precognito q̄ homo intelli-
gitur secundum q̄ participabilis erat a pluribus numero differentib9
a quo accipit hanc intencionē que est species Ideo impossibile est loi
cam scire per loycam nisi sciens expertus fuerit in alijs sciencijs et spe
cialiter in metaphisica que in quolib3 ente inq̄tum huiusmodo facit
demonstracionem ad quam loycus inq̄tum huiusmodi non attingit
Uerūtamen quia huiusmodi secūde intenciones cōmunes sūt in omni
bus entibus ideo loyca cois est omnib9 sciencijs et potest arguere in
qualibet sciencia Nam secunde intenciones inducunt in cognicionem
primarum inq̄tum fundate sunt in primis ita q̄ per istam intencionē
que est species possumus intelligere hominem non tamē inq̄tum ho
mo sed inq̄tum predicatur de pluribus differentibus numero / et sic
per illas intenciones secundas alias species aliarum scienciarū Sed
quia huiusmodi intenciones secūde applicantur rebus ab extrinseco et
accipiuntur a rebus / ideo solum per eas potest arguere probabiliter
Nam sicut patet in topicis Arguere pbabiliter est notificare rem per
accidencia et pprietates cōmunes Ex hoc patet q̄ accidencia magnā
partem conferunt ad cognoscendum q̄ q̄d est / et accidencia ppria vt
ppria notificat loycus sicut patet capitulo de pprio / ideo loyca valet
ad omnes sciencias addiscendas Et per hoc est manifestum q̄ loyca
facit noticiam de omnibus entibus in cōmuni Quia nostra cognicio a
probabilioribus et cōmunioribus incipit pcedens ad minus cōmunia
vt patet primo phisicorum / quia deuenire possumus in essenciam rei
per cognicionem accidencium que incipit a sensu cuius accidencia sunt
obiecta ideo loyca prius omnib9 alijs sciencijs debet addisci / vt ex ipa
tamquam ex preexistente cognicione in alijs sciencijs procedatur.

Et tantum de natura vniuersalis.

Tractatus Doctoris Sancti De principio indiuiduacionis Incipit.

Uoniam due sunt in homine potencie cognitiue / sensus scz et intellectus Manifestum est illas diuersitatē supponere a parte obiectorum suorū Sciendum autē φ in cognicione humana fundamentum et origo est sensus Unde ppinquior est rei extra / supra quā tota actio virium cognoscitiuarum fundat secundū philosophū in libro periarmeniarū Unde pter manifestā passionē sensuū a sensibilib⁹ tamq̃ a ppinquo ortaz passionem intellectus dixit esse similitudinē rerū De passionib⁹ vero sensuū nullā mēcionē fecit seu memoriā ibi / qð tñ pncipaliter factū est / quia passiones intellectiue sūt cause vocū inmediaci⁹ q̃ passiones sensuū de quib⁹ tamē principaliter agere intendebat Certū est aūt accidēcia ipsa siue ppria siue cōmunia esse sensibilia siue obiecta sensuū vt habet in scdo de anima Unde cū supra ppriū obiectū vni⁹ potēcie altera nō feratur nisi p accidens Sicut ocul⁹ videt dulce inq̃ntum albū vel nigrum est dulce Impossibile est intellectū ferri supra accidēcia nisi p accidens inq̃ntum scz agit circa fantasmata que sunt a parte illorum sensibilium accidenciū et hoc p modū cuiusdā reflexionis Reflexio aūt duplex est vna ad originez potencie / altera ad originem obiecti Primo namq̃ quelibet potēcia fert supra obiectū suū ppriū . et illud natū est terminare actū ipi⁹ potēcie Unde vltra non trāsit actus ipi⁹ potencie quasi sub forma vlteriori alicui⁹ pncipalioris obiecti Aliter nāq̃ non esset id ppriū eius obiectū / pprium em̄ obiectū est p cuius informacōnem potencia actū suū exercet sicut se habet color ad visū et sonus ad auditū Quiditas aūt rei sensibilis est obiectū ppriū intellect⁹ vt dicit tercio de anima Unde quocūq̃ anima se vertat hoc obiectū est sibi racio agendi Potest ergo vel redire in se per actum secundum potenciā suam / vel redire per obiectum in ipsam originem obiecti scilicz p fantasmata in species sensibilium / ideo isti duo modi reflexionis sue quarum altera cognoscit se et que aparte sua sunt Altera vero que sunt aparte obiecti sui / in vtroq̃ vero modo sua cognicio ad aliquid singulare terminatur Cum enim in ipso suo obiecto figitur acies / intel

lectūs racionem vniuersalis apprehendit quod solum in istis inferiori-
bus ab intellectu determinatur vt proprium obiectum cum omnia
singularia apud nos materialia sunt Materia enim impedit intel-
lectuȝ. singulare vero non Materia nāq̄ȝ nō est scibilis nisi per analo
giam ad formam vt dicitur primo phisicorū Si enim esset apud nos
singulare sensibile et inmateriale quod tamen est impossibile / ipsum
per se sine aliqua abstractione cognosceretur. quia singularitas nō im
pedit intellectionem sed materialitas Cum ergo intellectus tendit in
originem sui obiecti in sensibilia scȝ reflectitur supra obiecta aliarum
virium cognoscitiuarum / cum vero ad se redit non tendit in obiectū
alicuius alterius virtutis quia potencialitas anime racione cuius ipsa
non potest esse completum obiectum intellectus proprij / nisi ducta
ad actum per speciem principalis obiecti vt docet philosophus tercio
de anima quia anima intelligit se sicut et alia sed intelligit alia per spe
ciem / ergo non est materialitas que facit esse obiectum alterius po-
tencie / facit tamen quendam modū singularitatis non qui sit alicui⁹
rei complete in specie sed quia esse anime terminatur per receptibi-
litatem sue nature cuius potencionalitas maior est potencionalitate
angelorum quia magis distat a deo in gradu nature quam angeli De
us enim actus purus est / et ideo quanto sibi aliquid minus apropin
quat tanto plus potencionalitatis et minus actualitatis habet Non
enim solum materie sed etiam quecumque potencialitas passiua racio-
nem obiecti intellectus minuit quia dicit philosophus nono metaphi
sice q̄ vnum q̄dq̄ȝ intelligitur secundum q̄ est in actu ens Unde ani-
ma ad obiecta duplicem modum congnicionis habet Unum in se vt
separata accipitur Tunc enim congnoscibilis est secundum modum
sui esse quod esse actus perficiens suam potencionalitatem Nō enim
in anima sunt duo actus scȝ sua essencia que est sua potēcionalitas / et
esse suum Sed suum esse est sua actualitas racione cuius ipsa essencia
anime est actus corporis Omnis enim forma participat actum qui est
primi per essenciam sed hoc analogice fit Duos aūt act⁹ eiusdē ordi-
nis impossibile est aliq̄d vnum participare simul sicut impossibile est
eandeȝ materiā duas formas substanciales simul participare Alium
aūt modū congnicionis habet a se in quantū nata est p̄ sensus cōgno
sci Unde nō est cōgnoscibilis in statu in quo accipit̃ aliq̄d p̄ sensuȝ nisi
p̄ species rei sensibilis Ideo hec cōgnicio sua de se ipsa p̄prie est reflexa

Nūnc ergo restat ostendere vbi seperent̄ cognicio sensus et intellectꝰ
a se mutuo Manifestū est em̄ ibi intellectū incipere vbi sensus desinit
Sensus aūt exteriores ipsa sensibilia accidencia scʒ cōmunia et ꝓpria
habēt ꝓ suis ꝑ se obiectis Quiditas aūt rei ꝑticularis inꝑticulari nō
spectat vt ꝑ se obiectū ad illos sensus exteriores cū quiditas illa substā
cia sit et nō accidēs nec ad intellectū ꝑtinet vt per se obiectū eius ꝓpter
suā materialitatē ideo quiditas rei materialis in ipsa sua ꝑticularitate
est obiectū racionis ꝑticularis cuiꝰ est cōferre de intencionibꝰ ꝑticula
ribus (.loco cuiꝰ in brutis estimatiua natularis est.) que potēcia ꝑ sui
cōiunctionē cū intellectu vbi est racio ipā que cōfert de vniuersalibus
ꝑticipat vim collatiuā sed quia ꝑs sensitiue est nō abstrahit omnino a
materia vnde obiectū suū ꝓpriū manet quiditas ꝑticularis materialis
Hoc aūt non est ꝙ illa potencia apprehendat materiā in se cuʒ ipā nō
possit sciri nisi ꝑ analogiam ad formā sed ostendit ꝙ collacio de mate
ria in ordine ad formaʒ ꝑ ipsam materiā indiuiduataʒ spectat ad hanc
potenciā sicut cōferre de materia cōmuni in ordine ad formam speciei
spectat ad racionē superiorē Ex his facile est videre quomodo mate-
ria est principiuʒ indiuiduacionis hoc enim hic intendimus ostendere
Sciendū est ergo ꝙ indiuiduū apud nos in duobꝰ cōsistit Est em̄ in
diuiduū in sensibilibꝰ ipsum vltimū in genere substancie qđ de nullo
alio predicatur ymmo ipm̄ est prima substācia scđm phm̄ in predica-
mentis et principiū fundamentū omniū alioꝝ Natura em̄ forme ma-
terialis cum ipsa nō possit esse hoc aliqđ cōpletū in specie cuiꝰ solum
esse est incōmunicabile / est multis cōmunicabilis quantuʒ est de sua
racione sed est incōmunicabilis solū racione suppositi ꝙ est aliqꝺ cō-
pletum in specie quod cuilibet forme non conuenit vt dictū est Ideo
quantū est de racione sua cōmunicabilis est vt dictū est Cōmunicacō
autem sua est ꝑ hoc ꝗ recipit̄ in alys ideo quantū est de natura sua cō
municabilis est et in multis recipi potest et recipit̄ scđm vnā racioneʒ
cum vna sit racio speciei in omnibꝰ suis indiuiduis Sed quia ipsa esse
non habet vt dictum est quia esse est solius suppositi per philosophū
in septimo metaphisice et suppositum est incōmunicabile vt dictum est
ideo ipsa forma materialis diuersificatur secundum multa esse incom
municabilia manens vna secundum racionem multis communicata
Sua autem receptio est in materia quare ipsa materialis est Ex quo
pateʒ ꝗ de natura sua sibi derelinquitur vnitas racionis incōmunica
cione sua et ꝗ redditur incōmunicabilis ꝑ repcioneʒ suam in materia

Ex hoc enim q̄ recipit in materia efficitur indiuiduū q̄ est incōmuni-
cabile et primum fundamentum in genere substancie vt cōpletum sub
iectum aliorum de se predicabiliū in via aūt generacionis semꝑ incō-
pletū prius est cōpleto/licet in via ꝑfectionis sit totū econuerso Illud
ergo q̄ est primū subiectū omnino in via generacionis et incōpletum
q̄ de nullo illiꝰ generis predicat̄ materia scꝫ necessario est primū prin-
cipium esse incōmunicabile qđ est ꝓprium indiuidui Aliud est in quo
saluat̄ natura indiuidui apud nos determinacō eius videlicꝫ ad certas
ꝑticulas t̄pis et loci/q̄ ꝓpriū est sibi esse hic et nūc Et hec dt̄minacō
debet̄ sibi racōe q̄ntitatis determinate Et ideo materia sub q̄ntitate de
terminata dicit̄ principiū indiuiduacionis Materia em̄ sola est primū
principiū indiuiduacionis quo ad id in quo saluat̄ racō p̄mi in genere
substācie q̄ cū impossibile sit reꝑiri sine corꝑe et q̄ntitate Ideo q̄ntitas
terminata dicit̄ principiū indiuiduacionis nō q̄ aliquo modo causet
subiectū suū quod est prima substācia sed cū eam cōcomitet̄ inseꝑabi
liter dt̄minat eam ad hic et ad nūc Illud aūt q̄ cadit sub racōe ꝑticu
lari est hoc aliq̄d ꝑ naturā materie q̄ aūt cadat sub racōe sensu exterio
ri est ꝑ q̄ntitatē Sꝫ huic obici p̄t q̄ materia de sui natura cōmunis est
sicut et forma cū possit vna sub pluribꝰ formis esse vn̄ hec cōmunitas
sua potest inpedire ipsam esse primū principiū indiuiduacionis.

¶ Sed sciendū q̄ impossibile est formā vniri materie quin sit parti
cularis et q̄ eā sequat̄ q̄ntitas determinata ꝑ quē modū materia nō
est vltra cōmunicabilis alicui alteri forme quia hec q̄ntitas cū alia for
ma reperiri non potest cū eadē determinacione et ideo materia nō est
cōmunicabilis scđm eandē racionē sic̄ forma vt dictū est Racio em̄
materie sub forma aliqua est alia a racione sua sub alia forma q̄ certi
ficat̄ racio sua ꝑ determinacionē q̄ntitatis que in diuersa ꝓporcōne ad
diuersa/requirit̄ ad diuersas formas Essencia tamē materie nō diuer-
sificat̄ sub diuersis formis sicut sua racio Racio em̄ materie nō est vna
et cōmunis sicut sua essencia est Racio em̄ forme in diuersis materijs
est vna licꝫ essencia sit diuersa Et ideo cōmunitas scđm essenciā tantū
que est ipsius materie et nō scđm eandē racionē nō impedit materiā es
se primū principiū indiuiduacionis Sed aduertendum est q̄ acciden
cia nō indiuiduant̄ ꝑ materiā primā sꝫ per subiectū ꝓprium qđ est ens
in actu indiuiduant̄ Sicut et forme substanciales per materiam pri-
mam que est earum subiectū Et hec de principio indiuiduacionis ad
presens sufficiant.

Finit tractatus

Tractatus Eiusdez doctoris Sancti De iudicijs astrorum incipit

Uia petisti vt tibi scriberem an liceret iudicijs astrorum vti / Cui peticioni satisfacere volens super ea que a sactis doctoribus tradunt scribere curaui Inprimis ergo oportet te scire qꝫ virtus celestium corporum ad inmutanda corpora inferiora se extendit Dicit enim augustinus in de ciuitate dei Non vsqꝫ quaqꝫ absurde dici potest ad solas corporum differencias afflatus quosdam sideros peruenire Et ideo si aliquis iudicio astrorum vtatur ad precognoscendum corporales effectus / puta tempestatem et aeris serenitatem / sanitatem vel infirmitatem corporis / vel vbertatem et sterilitatem fructuū et alia huiusmodi que ex corporibus et naturalibus causis dependent / nulli videtur esse peccatum Nam omnes homines circa huiusmodi effectus aliqua obseruacione vtuntur celestium corporum / sicut agricole seminant et metunt certo tempe quod obseruatur secundum motum solis Naute nauigacionē vitant in plenilunio vel in lune defectu Medici circa egritudines certos dies obseruant qui determinantur secundum cursum solis et lune Unde non est incōueniens secunduꝫ aliquas alias occulciores obseruaciōes stellarum circa corporales effectus vti astrorum iudicio Hoc aūt omnino teneri oportet qꝫ voluntas hominis non sit subiecta necessitati astrorum / alioquin periret liberum arbitriuꝫ / quo sublato non deputarentur homini neqꝫ bona opera ad meritum / neqꝫ mala culpam Et ideo certissime tenendum est cuilibet christiano / qꝫ ea que ex voluntate hominis dependent qualia sunt omnia humana opera non ex necessitate astris subduntur Et ideo dicitur iheremie decimo A signis celi nolite metuere que gentes timēt / sed diabolus vt homines pertrahat in errorem inmiscet se operibus eorum qui iudicijs astrorum intendūt et ideo augustinus dicit super genesim / ad litteram capit. vicesimosexto fatendum quandoqꝫ ab astrologis vera dicuntur instinctu quodaꝫ occultissimo dici quem nescientes humane mentes pciuntur / quātum ad decipiendos homines fit spirituū et inmundorum et seductorum operacio que tamen maxime de rebus temporalibus permittitur et ideo Augustinus dicit in secundo de doctrina cristiana qꝫ huiusmodi obseruaciones astroꝝ referende sunt Ad quedā pacta cum demonibꝰ

habita Est aũtem ōmnino christiano vitandũm pactum vel societa-
tem cum demonibus habere/ secundum illud apostoli primo ad cho
rinteos decimo Nolo vos fieri socios demoniorum / et ideo pro cer
to tenendum est graue peccatum esse circa ea que a voluntate homi-
nis dependent iudicijs astrorum vti Et hec de iudicijs astrorum
Beati thome.

Tractatus finit foeliciter.

Johannis Sommerfelt sum